rem errauit dum allegauit pro hac opinione glo.
in rubr.in auc.vt eccle.Roman. continuantem &
allegantem dictam l. duos reos, quia gloſſ. ibi
non continuat, ad titul. vt ſit determinatus nu-
merus clericorum nec ad aliũm titulum,nec pa-
riter allegat d.l.bene verum eſt,quòd glo.in auc.
de eccle.rerum.imo.ali.in princi. allegat d. tit.vt
ſit determinatus numerus clericorũ ſed non con-
314 tinuat,†tamen ego reſideo in hac ſententia,quòd
dicatur fieri continuatio à proximis quando ma-
teria in medio,non ſit impertinens, & non ſimus
in magna diſtantia,vt ſupra diximus,& huius ſen
tentiæ viſus eſt eſſe Cagn.in rub.de reg.iur. & re-
centio.in d.rub.de leg.j.& in ru.ſi cert.peta.* O-
zer. Alia poſſet dari ad hanc regulam limitatio,
vt non habeat locum, quãdo aliquis titulus eſſet
localis, vt eſt ille,qui habetur in auc. vt ſit deter-
minatus num.cler,qui cum ſit localis,non conti-
315 nuatur ibi per Acc.* Ben.† Localis ti.dicitur ibi
à glo, ex eo quòd in loco certo ſibi vendicat lo-
cum,& non vbique locorum. ſcilicet in eccleſia
316 Conſtantinopolitana tantum,vt per Acc.ibi,† ta
men non dicit gl.ibi quòd ex eo quòd tit.eſt lo-
calis non debeat continuari, nec quod ſit localis
repugnat continuationi,imo infinitos tit.locales
videmus ab Accur.& ab aliis continuatos,vt ec-
ce habemus titu.de nili aggeribus non rump.cer-
tè iſte tit. non vendicat ſibi locum , niſi in certo
loc.ſcilicet in ægypto, quo tantum fluit flumen
Nili,vt l.j.eod.tit.tamen Accur.ibi continuat.I-
dem videmus,in tit.C.de fru.vrbis Conſt.libr xj.
qui tamen à Glo.continuatur,cum infinitis aliis,
quos breuitati gratia omitto * Ozer. ego quo-
que puto hanc limitationem.non poſſe ſubſiſtne-
317 ti,† quoniam & ille tit.vt determinatus ſit num.
cler.poteſt continuari ad præcedentem titu.nam
in princ.præced.tit. Imper.dixit, quòd cauſarum
emergentium varietas dat occaſionem.l.conden-
dæ,ergo rectè ponitur tit. ſequens,vbi propter e-
mergentium cauſarum varietates Eccl.conſ.cum
propter graues expenſas incœperit ad inopiã ver-
gere maximè ſtante infinito cler.nu.Imper.appo-
ſuit illum tit.per quem ſtatuit certum cleri.num.
318 * Beni. Sed hæc continuatio non ſatisfacit † ex
eo quòd eſt facta ad ea.quæ incidenter ſunt dicta
in tit.præced.contra doct.ſcriben. vbique tradi-
tam,vt demonſtrat Deci.in rub.C.qui admi.ac e-
ius frater ibi,& Caroſ cus,& ante eos Salic.ibi.I-
tem Deci.in rub.C.de ſent.quæ pro eo.& in ru.ff.
de off eius,& Aret.in ru C.de ſer.fug.Clau. Seiſſ.
319 in dict.rubr.ff. de off.eius. † Ideo ego puto illum
tit.ſic ad prece. poſſe continuari, dictum fuit de
non elig.ſecun.nuben,& ſic de nuptiis,itẽ de ſuc-
ceſsione quoque illarum dicitur, & ſic in illo tit.
tractatur de nupt.& matrimonio carnali; deinde
ſequitur titul. vt deter.ſit nume. in quo tractatur
320 de matr.ſpirituali.† quoniam matri.contrahit is,
qui efficitur clericus, vel monacus, vel monialis,
glo.& Abb.in c.accedens.extra,de prob.Bal.An.
321 & Imo.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. † & hinc
eſt,quòd liberos fingitur à iure habere ille , qui
322 ingreſſus eſt religionem,†adeo quòd ſi quis ſit ro-
gatus reſtituere, ſi deceſſerit ſine liberis, ſi ingre-
diatur religionem,non eſt locus fideicomm.auc.
niſi rogati.& ibi gl.C.ad Trebel.Alex.conſ.121.
& conſ.140.lib.2.Bart.Bal.Pau.Cor.& alij in d.
au.niſi rogati imò fortius,ſi teſtator dixerit,ſi de-
ceſſerit ſine filiis ex ſuo corpore natis,nihilomi-

nus per ingreſſum religionis expirat fideicom. vt
dixerunt d.doct.in d,auc. niſi, & hanc eſſe com-
munem opinionem,atteſtatur Bal.nouel.in trac.
de dote.in vj.parte.in 77. priuilegio, imò fortius
dixit Bal. in d.auc.niſi,quod etiam ſi teſtator ex-
preſſè diceret,ſe nolle d.cõditionem deficere per
ingreſſum religionis, quòd nihilominus deficiat,
de quibus latius, videas per Alex.conſ.13.viſis &
perlectis.lib.4.& conſ.35.ſuper cõtentis libr.3.&
per And.Barb. & alios addentes ad Bal. in d.auc.
niſi.Modo ad propoſitum noſtrũ,poſt illũ tit,ma-
tri.carnalis,quod antiquius fuit ſpirituali,optimè
Im. poſuit ti.vt determinatus ſit nu.&c.qui eſt ti.
matr.ſpiritualis , nã tanta eſt familiaritas inter i-
323 ſta duo matri.† vt ſæpè,ac ſæpius liceat nobis ar-
guere de vno ad aliud, vt eſt gl.in l.generali. ff.de
rit.nupt. & in c. inter incorporalia,& in c.fin. de
tranſlat.epiſ.c. quoniã inter canonicos,& c.quo-
niã §.porrò,vt lite non conteſ.latiſsimè Euera.in
loco à matr. carn. ad ſpirituale,copioſiſsimè Ti-
raq.in retractu cõſanguineorum.§.j gl.8.nu.35.
Item in tit.præcedenti ſupra dixerat Impe.de ma-
tribus,& filiis,& filiabus ſecũdum carnẽ, ſequitur
tit.vt determinatus ſit num.&c.in quo tractat de
eccl.quæ eſt mater,vt ibi ait Imp.noſtri imp.ma-
ter &c.& de clericis qui ſunt filij, & diaconiſsis,
quæ ſunt filiæ,& quandoque econtra,eccleſia ſeu
monaſterium dicitur filius, vt d. auc. niſi rogati.
324 C.ad Treb.Videamus modo † an licitũ ſit ex ver-
bis huiuſmodi rubricarũ arguere.* Io.de Pla.v-
tique licet arguere ex earum verbis, ſicut ex ver-
bis,tex.vt not.Io.And.in proh.vi.* Iaſ.ad idẽ cõ-
curro,quia ita facit gl.in l.3.C.ſi ex fal.inſtru.&
glo.in can.hæc autem verba de pen.diſti.j.& gl.
in ru.ff. ſi quis teſta, liber eſſe iuſſus fuerit, quam
pro notabili allegat Bald. in rub. C. an ſeruus.ex
ſuo facto cum infinitis aliis, quæ poſſent adduci.
* Beninc.de verbo ad verbum Iaſ. habuit hæc ex
Alex.in l.j.ff.ſi cer.pet.vbi latius Docto. * Iaſ.&
faciatis in hac re duo capita , vnum quando ha-
325 bet rub.orationẽ perfectã,aliud quãdo rub.nõ ha-
bet orationẽ perfectã,† & orationẽ perfectã rub.
326 dicitur habere, quãdo eſt concepta per vt,vel n
quæ decidit.† ea vero,quę per dict.an ,eſt cõcepta
ponit q.quã decidit poſtea nigrum, vt tradit Bal.
in d.rub. C.an ſeruus ex facto. * Bode. ad idem
*Ben.Item dicit voluiſſe Beltr.cõſ.66. & cõſ.8
libr.primo.Ripa,in d.l.prima.ſi cert.peta.Abb.&
Felyn.in rubr.& in c.j.extra vt lit.non conteſtat.
Abb.in proh.decretalium,vbi in addi.doc.* Iaſ.
Sed dominus puteus dicebat hæc eſſe ſine ratio-
ne,quia reperitur rub.in auc.vt cum de appel.co-
gnoſcitur,cõcepta per dic.vt,& non decidit, nec
habet orationem perfectam ſed certè do.meus er-
rat,quia illa rub.decidit,& habet orationem per-
fectam.* Oz.ſed magis errat Iaſ.quia non eſt ve-
rum,quòd illa ru.omninò habeat orationẽ perfe-
ctam,nam illa ru.habet duas partes,vna eſt,vt cũ
de appel.cognoſcitur ſecundum illas leges debet
iudicari,&c.& alia pars eſt ibi,& de aliis capitu-
lis,ergo ſecunda pars eſt oratio imperfecta, & ſic
repræhẽſio Iaſ.falſa.* Ben.& mihi videtur, quòd
Ozerij repræhẽſio ſit iniuſta ,quoniã Iaſ.non di-
xit,quòd d. ru. habeat omnino orationẽ perfectã
adeo quod omnes partes illius rubricæ voluerit
compræhendere, ſed tantum puto eum cogitaſſe
de prima parte.nã oratio ſua fuit ſingularis & ſuf-
ficit, quòd verificetur in vno, præterea, non eſt
repræhenſi-